eidem procedere reseruatis reseruandis.

Et Judicium praesens Capitaneale Castren[se] Lublinen[se] controuersiis partium Actoris per se personaliter citatis vero per Nobilem Albertum Dmochowsky plenipotentem suum coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis eo attento Quoniam sub iurisdictione praesenti excessus patratus esse asseritur ideo foro admuento decreuit cittos ulterius procedere.

Quam sententiam et decretum praesens pars citta pro iure non sustepit nec in eodem acquiescere voluit verum ab eo et cum eodem Illustrem et Magnum Joannem Firlei de Dabrowica Lublinensem Capitaneum ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinen[sis] praecelle[n]tissimum vel Militem Generalem Regni Nobilem Joannem Zaleski mo[...]uit seu appellauit terminum ipsi sententiis expurgandis sibi vero et parti motionibus et causis suis prosequendis inter causas Pallatinatus Lublinen[sis] praefigendo.

Quam motionem praefatus Magnus Capitaneus Lublinen[sis] parti cittae admisit terminum partibus modo praemisso inter causas Pallatinatus Lublinen[sis] conseruando.

Inter Iwanowsky et Ligeza Serutinium

Proposuit Judicialiter coram Judicio praesenti Capitli Castren[si] Lublinen[si] Generosus Nicolaus Iwanowski Actor contra Generosum Hermolaum Ligeza cittone literali Capitaneali Castren[si] Lublinen[si] cittum cuius tenor est talis.

Joannes Firlei de Dabrowica Lublinen[sis] Capitaneus Tibi Generoso Hermolao Ligeza de persona ac bonis tuis generaliter omnibus vigore Regio et nostra auctoritate Capitaneali ex officio Mandamus ut coram nobis in Terminis nostris Judicialibus feria secunda post festum Sancti Joannis Baptistae proxima aut dum et quando eiusmodi termini nostri Judiciales ab hinc prius et proximius cellebrabuntur Ad instantiam Generosi Nicolai Iwanowski legitime et personaliter compareas Quia te inherendo constitutionibus Regni citat ad deducendum contra te scrutinium testesque idoneos contra te mouet, et hoc pro eo quod tu per te et tuos complices post habitis legibus regni congregata cohorte militum tam equitum quam peditum cum tormentis bombardis maioribus aut seabahownicami et minoribus cum vexillis timpanis ac alio apparatu bellico cum ipso exercitu in bona villae Ostrowo ac in domum ibidem sitam mansionis

et praesentis

et possessionis actoris die noctuque oppugnatis cunctis praedictis invasionis
ac domus eiusque violacionis ac sanguinolacionis prout protestatio
ea omnia fusius testatur. ideo protestares et testes per actorem
coram te induci attenderes pertesque testes similiter idoneos cum praestatione
iuramenti iuxta constitutionem publicam induci praemissa praesentis videlicet attentatum
praestituens et si quid tibi de forma iuris competierit
responsurus. Datum in Castro Lublinensi feria Secunda ante festum
Ascensionis Domini in Coelum proxima Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Duodecimo.

Et post propositionem suam modo praemisso factam deducto parti cittae Illustrissimo de terno contentibus citationis suis verificatis petijt partem cittam ad respondendum compelli

Ex adverso cittus forum actorem et actionem pro competentibus non agnoscendo imo tam ad praesens ex rationibus infrascriptis eidem contradicendo quam in posterum salvas exceptiones et contradictiones omniaque remedia et patrocinia iuris sibi praeservando custodiendo in vim exceptionis fori declaravit se ad attentandum scrutinium non teneri nec illud actorem deducere posse ex his rationibus
Prima quod actor fecerit protestationem ratione quasi invasionis bonorum Ostrow quae sunt Conventus Monialium Sancti Andreae ad quae nullum actor titulum habuit nec possessionem cum sese cessaverat illius arenda multo antequam ipsam invasionem obtendit esse pro festo Sacri Pentecosten et nemao pro Joannis tandem contractus et possessio citti intervenit quod autentice cittus coram iudicio probavit. Unde elicitur negocium et iniuria asserta non quadrare cum actione invasionis et per consequens ad statutum de invasione referri non posse nec cittus forum pati tenetur
Alioquin si actio invasionis dari possit non actori uti personae remotae sed Conventui uti haeredi competere sed quia titulum ad bona actor non habuit nec possessionem: imo possessio et titulus penes citatum erat ideirco nec actio invasionis dari nec scrutinium competens esse potest nec forum. Altera si actor suam citationem ad Constitutionem anni Millesimi Sexcentesimi Septimi dirigere intendit id minime assequi potest cum eadem Constitutio loco et causis negotiorum huic non quadret nec ad eandem actor competens esse potest quod ratione alienorum bonorum iniuriam obtendit et Constitutio proprijs haeredibus et dominis tum contra excessivos et vagabundos non vero possessionatos

seruiat titulusque possessionis non actori sed citato competat prout
supra probatum est. Tertia materia subiecta protestationis et actio
nis prout nullum in se crimen habet ita neque deductio ulla fieri po
test nec forum. Nam in causis solum criminalibus et ciuilibus
rone capitis tantum scrutinia peraguntur. sed hic non agitur
rone capitis sed vulneris nec Nobilis sed plebeij. Quarta
si pretensione aliquam haberet actor actor ad causam criminalem
quod non conceditur imo negatur. Nulla tamen deductio
ad praesens expediri potest cum actor eo beneficio dedu
ctionis sit abusus per fatalia iuris siquidem facta protestatione
siluit per totum annum et plus nec citauit ad scrutinium praeter
mittendo binos terminos Castren et totius Terres Lublinen
quorum cellebrationem factam autentice citatus probauit iuxta
autem expressa verba Constitutionum Millesimi Quingentesimi
Septuagesimi Octaui et Millesimi Quingentesimi Octuage
simi Octaui in primis terminis siue Castren siue Terrestribus post
crimen proximis scrutinia peragi necessario debent. Maxi
me vero actor ex[illegible] debuit expedire cuius est maior
contumacia quam rei Quinta variat actor in protestatione
praetendens iniuriam assertam inuasionem a festo Sancti Joannis
ad Conceptionis cum protestationem post Visitationis fecit. Va
rians autem in iure non est audiendus Quod autem allegationes
actoris spectat de iudice et scrutatore allatas eae soluuntur
Judicem quemuis in attentione scrutinij considerare debere
utrum materia citationis indigeat scrutinio nec ne. Nam si
Nobilis esset vulneratus et declararet sese criminatur actum
necessarium esset scrutinium sed hic secus nam non agit No
bilis pro vulnere imo persona remota proore et materia
remota et ciuili atque ex vulnere plebei vult actionem criminalem
promouere. Quoniam igitur actor nullum titulum nec possessionem
ad bona (rone quorum inuasionem praetendit) habuit nec habet
imo possessio et titulus penes citatum erat: iniuria vero
et negocium assertum ex quo actionem criminalem facit nec sta
tutis nec constitutionibus quadrat imo tanquam ex diametro pugnat
materiaque ciuilis sit et rone alienes iniuries personae scilicet plebeiae
et remotae actio inuasionis non datur per consequens actio educen
scrutinij non procedit illud etiam beneficium deductionis in quan
tum aliquod esset per fatalia iuris amisit Igitur ad praesens nec
deductio nec forum [illegible] potest. Petitque citatus ut Judicium

a scrutinio

a scrutinio supersedeat et se a foro liberum pronunciet alijs omnibus iuris remedijs et beneficijs salvis.

Actor vero refutando exceptiones citti tanquam minus iuridicas deduxit cittum forum coram Judicio praesenti habere siquidem non posse expirationem arendae prout asserit cittus sed ante expirationem [prout id ex testimonijs apparebit] mutatio facta est ius quoque commune docet Scrutinium in eo dictum ubi crimen patratum est [propter investigandam rei veritatem] deduci debere quantum vero attinet fatalia id eum minime iuvare potest siquidem nulla fatalia ex protestatione et processu apparent nunc vero in termino deductionis scrutinij non est locus controversiarum enim alijs cittus in principali negocio utatur si vult petens se ad deductionem scrutinij admitti reservatis reservandis.

Et Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense controversijs partium Actore per se personaliter citto vero per Nobilem Martinum Buczijcki plenipotentem suum coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis Actorem ad deductionem scrutinij admisit prius tamen praestito iuramento iuxta formam iuris salvis reservatis citto defensis ad causam principalem servientibus

Quam sententiam et decretum praesens pars citata pro iure non suscepit nec in eodem acquiescere voluit verum ab eo et cum eo Illustrem et Magnificum Joannem Firlei a Dambrowica Lublinensem Capitaneum ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis pro se celebranda per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zaleskij movit.

Declarando citatus motionem esse concessibilem ex his rationibus prima quod a functione iurisdictionis interponitur secunda quod rationes pertinentes et peremptoriae inducuntur Tertia quod scrutinio fatalia obijciuntur Quarta quod praecipitanter nec servatis ullis gradibus et terminis iuris imo extra partium controversiam decretum sit latum Quare petijt eam iure et statuto conformiter suadente admitti.

Quam motionem Judicium praesens parti citto non admisit De qua non admissa ac prosequendo eadem motione gravaminibus et damnis tum et nullitate scrutinij praefata pars citta Ministeriali suprascripto est protestata.